



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

II. De iejunij obligatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

Examen XIII. De Ieiunio circa Præc. IV. Ec. 197

12. An mortale sit, horam notabiliter præuenire? Non, et si cauenda sub veniali huiusmodi præuentio: dimidia hora non videatur esse notabilis.

13. Quanam causa in præueniendo excusat? Tres equidem, coniunctudo, dispensatio, & iusta causa.

14. Propter ~~fractio~~ cibi ad vesperam licita ne? Imo commen-
dabilior, ob maiorem corporis mortificationem.

C A P V T II.

De Ieiuniū obligatione.

15. Obligat ne Ieiunium iure diuino, an humano? Humano,
ad mortale quidem, nisi paruitas materiae veniale
reddat transgressionem.

16. Delinquitur ne toties mortaliter, quoties in die comeditur? Minime, nam in secunda comeditione tantum lethaliter delinquitur. At comedens carnes pluries, toties peccat, quoties eas in graui quantitate absunt; quia hoc præceptum negatiuum, illud posituum.

17. Si duplex titulus obligat ad Ieiunium, inducit ne duplex peccatum? Si eiusdem rationis sit, non: si autem diversæ rationis, inducit, ut si ex obedientia & Religione quis oblitetur.

18. Frangens una die, teneat altera Ieiunare? Non, nisi ex voto vel pœnitentia obligatio insurgeret, in aliis Ieiuniis onus dici reputatur.

19. Quoties peccat, qui apud se statuit per totam Quadragesimam non Ieiunare, aut in ea carnis vesci? Unicum peccatum committit, sed grauius admodum, in executione autem toties delinquit, quoties diem Ieiuniū violat, aut quoties in die carne vescitur.

20. Peccat ne qui causa est, ut alius non Ieiunet? Quis dubitet? Vnde cibi ministrandi non sunt Ieiunium fractio, nec quibus familia tua Ieiunium soluat; Caupo vetitos cibos apponere non debet: nec qui Ieiunium non seruat invitare Ieiunantem, nisi urbanitatis gratia fieret.

21. Quinam ad Ieiunium obligantur? Omnes Christiani, qui sanæ mentis sint. Peregrini tenentur ad Ieiunia loci, in quo habitant, etiam in quo versantur per aliquot dies. Absens non tenetur ad Ieiunia suæ ciuitatis. Discedens à loco in quo non Ieiunatur, potest etiam carnes comedere, scandalo excluso.

198 *Moralis Theol. Tract. I. Leges,*
excluso. Minores viginti & uno anno completo excusantur
nisi aut voto, aut regula quis obligetur: maiores etiam se-
ginta tribus, iiii & sexaginta, in dubio de laesione ales.

Iinis

22. *Quin m̄ præterea à iejunio excusantur?* Infirmi, præ-
gnantes, nutrientes. Paupertas excusat, nec enim tenetur quis
solo pane vescens iejunare. Labor corporeus ad vitandum
damnum, vel notabile lucrum. Præcedens vel futurus labo-
rū, v.gr. agricolarū, qui die iejunij à labore vacant. Pedites iter
agentes: non sic equites in itinere breui, secus si longo, & de
viribus dubitetur, aut si temporis ac itineris incommoda
peditis laborem communem adæquent.

23. *Quid de laborante ad malum finem libidinis.* v.gr. Non
potest iejunium soluere ut vires colligat, ad crimen parran-
dum: sed post commissum, potest ad vires recuperandas la-
studini iejunio soluto occurtere. Præterea opera misericor-
diæ excusat, redditio debiti, peregrinatio ex magna de-
uotione assumpta, exercitium concionandi quotidie, aut do-
cendi.

24. *Quisnam in iejunio dispensare potest?* Papa dispensare
potest per totam vitam, Episcopus tantum cum suis subditis
ad tempus. Iusta causa evidens sit, dispensatione non indiget.
Quid in dubi: Superior dispensor. Porro bona fide credens
habere se iustum causam, non peccat: dubitans autem expe-
ripi tenetur: neque enim quis ex difficultate aut repugna-
tia à iejunio excusatur.

C A P V T III.

Praxis circa materiam de iejunio ex Societatis I E S V schola.

§. I. 25. *D*iem iejunij à media nocte in mediam noctem compu-
tari, certum est. Cœnans in carnibus pridie iejunij du-
bitia ieju-
nij. *D*e essen-
tia ieju-
nij. *D*ubitans, an media nox transacta sit: potest ne cœnam adhuc
producere? Potest; quia possessio stat pro cœnante. Idem du-
biū subest cœnanti Sabbato in piscibus: potest ne carnes edere?
Minime; quia possessio stat pro præcepto.

26. *Ad iejunium quoniammodo media nox computanda?*
Post primum iustum horologij mediam noctem pulsantis, nō
potest cœna in carnibus die Iouis continuari, & cœnans in
piscibus Sabbato vesci carnibus potes. *Quid ad iejunium na-*
turale? Qui post primum iustum horatum aliquid degustaret,
non